

**D**IGNVM LAVDE VIRVM MVSA VETAT MORI,  
quippe cum  
*Mortale* sit omne mortalium bonum,  
nominis fama  
contingit sola *immortalis mortalium optimis.*

Nam

### Virtute et Doctrina

*Mortales* evadunt *immortales.*

Videmus quidem

Homines *laude* prorsus indignos *taudatos* maxime,  
contra ea  
plane *illaudabiles laudatissimos.*

Illis

Panegyricorum sumis, ceu thuribulis litatur  
digitoque monstrantur;  
non aliam ob causam,  
nisi quia *Laudatores* quandoque nesciunt  
qua in re *verae Laudes* confistant.

Hi

*Laudem* promerentes non *Laudantur*,  
quia malunt *Laudabilia facere*, quam ostentare.

Vide temporum iniquitate  
Hominum malignam Itoliditatem.

Ast

Ipsa Virtus tandem amicat,  
Virumque

### Laude dignum vetat mori.

*Moriuntur* tales,

Non tamen omnes *moriuntur*  
multaque pars illorum vitat *Libitinam*.  
Virtus enim illis *gloriam*, *gloria immortalitatum*  
dat, dicat, vendicat.

Te quoque, Praeceptor Amande,

**Dignum Laude Virum Musa Veta Mori,**

Vtinam et Tuos vetuisset!

Mors saeva detraxit Filio Optimae Spei Annos,  
quos Tibi jam additos optamus.

Vxorem mellitissimam pestilens sustulit *aura*,

Te nobis *divinae gratiae aura* conservavit.

Gaudemus.

Bis vero jam, quin terque quaterque gaudendum est.

Jubet id *felix reditus*

Tui, Praeceptor *Laudatissime*, *Nominalis*,

quem, *si pote*, millies redire vellemus.

*Optamus.*

Ut

### Vivas,

Et de nostris **MULLERI** Deus augeat annos.

*Omnia Optamus.*

*Quæ optari,*

**NIHIL omnium, quæ timeri merentur.**

*Mortali-*